Oratio Epidictica in laudes Hyemis. XXXIX.

Utrum contraria iis, quae hyberno tempore
sentio, depraedicanda, laudibusque exornanda, quae
vituperanda videntur, et quae plebs falsa putat
vera esse demonstranda mihi assumerem, diu, multumque
dubitavi Aud. Religiosiss. Cum etiam vulgus res
utilitate probet, et utile nil, nisi quod, ut bruta
animalia sensibus externis apprehendere possit, male
sibi persuadeat, certe hyemem si laudare voluero,
vel frigus calefacere, vel frigidiora nive proponere
cui videbor: maxime vero cum id, quod incredibile ibi
apparet, persuadere; quodque iam altas in eius pectore radices
egit evellere, et mente tot falsis contra hyemem opinio-
nibus imbutam emundare, non minus negotii, laborisque allaturum
sit, quam si Augiae stabulum unius spatio quadrantis expur-
gare, aut Hydrae plura capita uno quis ictu demetere
attentaret; attamen sit difficillimum probare plebi, quod vix
percipit aut sensu apprehendere remotum, sit artis eadem
vera, quae tamen falsa videntur persuadere, sit ingentis denique
laboris altas ex eius animo malarum opinionum radices evellere,
extirpare, ejicere, vestra tamen Aud. benevolentiam,